

Reamtu sedam d
p̄cōe elemofinis in diuina: resp
re p̄p̄tus sup̄ famulos rudo p̄
quoz opibz tibi gr̄e referuntur.
fac eos p̄mo beatos: ut recipi
ant p̄parus magna p̄terren
relecta p̄ tēporealibz sempiterna
Dns qui tuoz ue

des dat: que capi
cula soluat: et de eius liberati
one nos cito beneficiat. **Ps.**
Redes meas qd̄ tunc hēnēt
exaudi: et p̄ her sacra mēta
que sumptum: sumulā hēnēt
aunoris sue captiuitatis ab
solue. **Ps. p̄ p̄p̄m q̄m d̄ d̄**



Dialogus de Adventu
Admonitio Pauli III ad Caro: p
Hum. doctory. Caroli. De Ene
nda ecclia
Pauli. III. pvo. Reductio
Archiep. Apyulini Legati
in Ger
Pauli. III. Concilij. Tridentini conuo:
Julij III Pontif. creatio
Eiusdem Coronatio
I. p. de Germanis Judicium
Ius & Comparatio confectio
Illa Satana ad Papam
Episcopi Mandatorij Regis Anglie
Anni Corvatio. Joam: Genesij
Adversus de Asja et partib; eius

Fel
o

1.) Dbl zu An 77
2703

2.) Paulus III 00

3.) Paulus III 00

AQVÆ CONSE-
CRATÆ SEV (VT VO-
CANT) BENEDICTÆ, ET
Campanæ baptizatae origo, pri-
mum Italicè, & modò ab
Antonio Stupa Rhoeto
Prægaliensi uersus.

Ioannis 1. cap. 1

Sanguis Iesu Christi nos emun-
dat ab omni peccato.

Pis atq; excellentiss: Theologo D. Wolfgang
Wisenburgio Cano: apud D. P. Bas. Iacobu
Mullerus s. dd. Anno 1559.

memoria et amemto

CVM DOCTO TVM PIO DO
mino Iacobo Mullero, Canonico, & Diui
Petri archididascalo apud Basilienses,
commilitoni & patrono suo, An-
tonius Stupa Rhoetus Prægall-
liensis, summam optat
felicitatem.



Vperioribus annis cum nos
simul uiuebamus Lutetia
Parrhisiarum, & modo ad
uos reuersus cum colloquen-
di, tum conuiuendi gratia,
in finitis perpetuo à tua benignitate be-
neficijs cum sim profecutus, Iacobe inte-
gerrime, egoq; nihil haberem quo remu-
nerarem tantam liberalitatem, forte incidi
in breue(at sanctum & pium) quoddam
opusculum, Italicè conscriptum & Italis,
à domino Petro Paulo Vergerio Illyrium
olim Episcopo, modo Iesu Christi, & pio-
rum altæ Rhoetia, & Prægalliensium Val-
lis olim dictæ Umbrosæ: quod ego perle-
gi, & perlectum in Latinum sermonem
transtuli, uoluiq; uel hac mea opella quid
conferre pietati Christianæ. Si enim Cice-
ro & alij complures, nobis non solis na-
tos esse uolūt, sed partem nostri Patriam,
partem amicos sibi adscribere: quanto ma-
gis Dominus noster Iesus Christus, qui

A 2

intransmitti patris
memoria et amicitia



non solum cōdidit, sed & ab æterna mor-
te liberauit, quò simus perfecti quẽadmo-
dũ ipse perfectus est, id à nobis exiget, et di-
cet: Nō ego uos de limo terræ produxi, ut
uobis ipsis uiuetis, hoc est, carnales affe-
ctus seq̃mini, & adimpleatis carnalia quæ
in uobis generantur desideria: sed me qui
eduxi uos de Ægypto, de captiuitate Baby-
lonica, & tyrānide dæmoniorũ, ut esses Po-
pulus meus, popul⁹ sanctus: quia & ego
sanctus sum, purus, sine macula: quiq̃ ni-
hili facio uestram aquæ salis commixtæ
asperisionem, neq̃ uestrarum (quod ego
non iussi) multis exorcismis incantatarũ
seu (ut uocant) baptizatarum nolarum
sonitus audio, neq̃ similiũ rerum externa-
rum ullum apparatus admitto: quia carna-
lia sunt & terram sapiunt. Cumq̃ funda-
mētum sit positũ (ut inquit Paulus) & uni-
uscuiusq̃ ædificantũ opus igne cōprobe-
tur, num paleæ, num ligna putrida sint su-
perinstructa, uel lapides preciosi, uel au-
rum: non negligēda ea gēma uisa est, quæ
de friuolis caremonijs & futilibus dehor-
tatur, & instigat ingenti incitatione ad ue-
rum bonum & incorruptibile, cuiusmo-
di est Dominus noster Iesus Christus,
cui laus & gloria in sæcula sæculorum.
En Iacobe humanissime, paruum quid of-
ferimus, exemplo uillici Artaxerxis, qui

In Dominus noster Iesus Christus

in promptu cum non haberet quod offer-
ret, ambabus manibus de proximo fonte
haustam aquam in refrigerium contracti
caloris ex itinere obtulit, sicq; de omni in-
gratitudinis suspicione & labe liberavit
apud herum suum cui inseruiebat: & nos
de incorruptibili & æterna aqua non offe-
remus? Offeremus certè, & eo magis quòd
sciamus hac nostra, non ut olim, corpora
corruptibilia ablui, sed oculos mentis no-
stræ purificari, sicq; diminui rerû æter-
narium sitim, ut inde nulla un-
quam sit superuërura sitis.

Vale. Basileæ, calen-
dis Iulij. 1550.

A 3

intransmissibilem
memoria et amemto



DE AQUÆ CON-
SECRATÆ SEV (VT VO-
CANT) BENEDICTÆ, ET
campanarū baptismationis origine & cau-
sa libellus, primum Italicè à Petro Pau-
lo Vergerio conscriptus, & ab Anto-
nio Stupa Rhæto Prægallienfi
modò in Latinam linguã
uersus, non inutilis.

LX Græcorum imitatione cū
uiderim nullam aquam conse-
cratam seu (ut uocant) benedi-
ctam esse in tuo templo, amice
humanissime, uisum est mihi nonnihil super
hac aqua, quæ admodū feci de Baptismo, con-
scribere. Interrogans ergo eius causam quen-
dam ministrorum, respondit mihi, omnes eius
Parrhochie credere peccata remitti, & con-
donari per abluitionem sanguinis Iesu Christi,
& non aqua corporaliter usa. Subridens in-
terim stultitiam multorum credentiū in sper-
sione aquæ abluere peccata (ut uocant) uenia-
lia, & fugari demones, etiamsi aspergantur
ea cadauera defunctorum & sepulturae, eius
uim non solum corpora, sed etiam qui ualde
remotus est, locum animarum & ipsam ani-
mam

mam pertingere. Quod qui credit, nonne ma-
ximè infidelis dicitur? Cui absurditati presby-
teri nostri et monachi cōsentiunt, huicq; stulti-
tiæ congratulātur, & inde suum faciunt quæ-
stum, nihili facientes absurditatem & declina-
tionē fidei Iesu Christi Domini nostri. Addi-
dit etiā minister ille olim paganis seu gētilibus
ante Christum in usu fuisse, aspergere se aqua
pura, testans id Vergiliano carmine:

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.

Item Ouidij carminibus:

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis,
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Quæ cum protulisset, interpretatus est, asse-
rens uel eo tempore superstitionē inualuisse,
aquam singularem quandam purgādi uim ha-
bere, & delendi peccata. Quod uel Potëa ri-
det, cum dicit eos stultos & insanæ mentis, qui
talia credunt. Quæ ex re motus, minister ille
subiunxit: Quicumq; paganismum sapit, se-
quetur paganos & gentiles, & ad cætera se
plurima abluat aqua relligiosè uel ex super-
stitione aspersa. At Christianus, & qui ex sui
nominis professione Christum fatetur, sequa-
tur Christum, relligiosè seruando quod ipse in-
stituit, & ex Christi mandato Apostoli, & so-

nu manifestu datus
merum et amictio

quaces eorum. Etiam inter cetera affirmavit, neque Christum neque Apostolos neque eorum sequaces unquam de alia aqua locutos esse, quam de aqua baptismi. Eos insuper spernebat & inessebat, qui docent nonnullorum peccatorum grauium uel leuium, et (ut ipsi uocant) uenialium, remissionem contingere ex aquarum insperione, aut ex aliqua alia nostrorum carnalium conatum inuentione & operatione. Et quod sola misericordia Dei potens esset ad condonandum & remittendum peccata in sanguine & passione Iesu Christi domini nostri. Admiratus ego ista, interrogavi insuper num mihi posset huius opinionis, & quod peccata ablueret insperio aquae consecratae aut benedictae susceptionis inuentionem, & unde inualuerit consuetudo, rationem reddere. Respondit, Canonem esse in Decreto sic incipientem: Aquam sale. de consec. dist. 4. Duxitq; me in suum Museolum & ostendit locum legens ipse, & inter legendum singulos punctus ridebat. Et reuera mihi quoque ridendum uidebatur. Habet autem locus ille in hunc modum: Aquam sale conspersam in populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur & purificentur: quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. In-

nuit

nuit autem Alexāder pōtifex, huius Canonis
author, aquam sale commixtam posse sancti-
ficare & mūdare: sibi adplaudens suae inuen-
tionis, & non animaduertēs id totum sine con-
sensu & auctoritate totius Euangelij præci-
pi. Neque enim Paulus aqua sale commixta
nos abluī uult, sed sanguine Iesu Christi domi-
ni nostri, per quem solum & mundamur &
sanctificamur. Ridiculosius præterea uideba-
tur, quod idem author Alexander in eodem
capite subiunxit in comprobationem lati Ca-
nonis, dicens: Si cinis uitulae tantam purgan-
di uim habebat in ueteri Testamento, quantō
magis aqua sale cōmixta & orationibus con-
secrata id efficiet? En splendidam consequen-
tiam & sua arte comprobatam, & dignam
examinatione: cū certo certius sit, cinerem
illum non animae maculas, sed corporis inqui-
natiōes solas abstersisse. Vnde si ad hūc usum
talem aquam adbibere uelis, absterget procul-
dubio corporis maculas sic salita, uel sine sa-
crificuli ullius exorcismo & incantatione lon-
ga submurmuratione adhibita. Legi etiam in
eodem capite, ad confirmationem dicti Cano-
nis: Si Heliseus propheta amaritudinem &
sterilitatem aquae curauit sale iniecto, quantō
magis hic sal consecratus & Diuinis oratio-

A 5

in ueteri Testamento dicitur
memoria et amicitia



nibus coniuratus subleuabit sterilitatē, & cor-
da impura & inquinata mundabit & purifi-
cabit? Atque hoc iam dictum glossate per-
paruo interpretatur, quod duabus solis dictio-
nibus constat, uidelicet Venialibus tantū. Vn-
de autem ipsis uenit in mentem, quod hæc a-
qua abluat uenialia, cum contrarium ibidem
in eodē Decreto legatur: Nemo tollit scilicet
peccata, nisi Agnus Dei? Quæ præterea pec-
cata intelligit glossa esse uenialia? sequitur tex-
tus dicti Decreti euehens & celebrans talem
suam aquam, dicens: Et cætera bona multipli-
cat, & insidias diabolicas auertit, & à phan-
tasmatis & uersutijs homines defendit. Sed
quæ uerba subiunxit minister ille? Summa stul-
titia est & insania, post natum Christum qui
tulit omnes figuras, omnes adumbrationes,
omnia signa, uelle immorari figuris eum signi-
ficantibus iisdemq; uti. Hac etiam modò dicta
stultitia proculdubio maior dicetur: cinis bo-
uis rubeæ & trimæ Iudæorum purificabat
corpora maligna aspersus, & sal per manus
Helisei Prophetæ in aqua iniectus fontē edul-
cavit, & eum sua sterilitate & amaritudine
priuauit, uelle propterea inferre: Ergo aqua
benedicta seu consecrata (ut uocant) peccata
uenialia abluit, & in nobis multiplicat bona,
& custos

et custodit de omnibus diaboli insidijs, et si-
milibus. Quod idē sonare uidetur, uti si quis
dicat: In ueteri Testamento non solas trinas
mactabant, sed etiam hircos, tauros, et huius-
modi multa animalia pro redemptione suorū
peccatorum. Ergo et nos idem faciemus pro
nostris delictis et erroribus: ueluti iisdem ad
huc egeamus, ac Christus non tulerit peccata
nostra, neq; redemerit nos de æterna morte.
Talia mihi retulit minister ille, quibus anima-
tus ego rursus interrogauit: Nū posset simili
modo et ratione ostendere, unde abluitio no-
larum seu cāpanarum prouenerit (quādoqui-
dem de aqua loqui cœpimus) quas et abluere
et baptizare modò susceptum est. Item de ea
qua templa in dedicationibus solent perfun-
di, facta et composita non sale solo, sed etiam
cinere et uino. Mihiq; statim respondit, se ta-
le nihil in Euangelio Christi, neq; in Actis A-
postolorū inuenire. Nec poterat mihi eius ori-
ginem ostēdere. Rursusq; addidit: Interpella
super hac re Episcopum aliquem circumfora-
neum, eumq; interroga unde ipsi incantatio-
nes et exorcismi, quibus quotidie utuntur.
Quod autem ad nolas attinet, nouisti eas in-
uentas non antiquitus, sed à breui admodum
tempore, eaq; rectē institutæ sunt ad conuoca-
tiones

MEMENTO



tiones populorum, si quando libitum est inter
esse cōtionibus & in templis sacris audire uer-
bum Domini nostri saluatoris Iesu Christi.
Ante harum inuentionem uerò utebantur in-
strumento quodam, quod excitabat uehemen-
tem strepitum, uocabaturq; tale, Cymbalum.
Vnde adhuc moris est Episcopis papalibus,
cum distribuunt quatuor minorum ordinum,
in declaratiōe ministerij hostiarij addere: Ho-
stiarium oportet percutere cymbalum. Quæ
uerba sic olim concepta adeo mordicus ser-
uantur, uti totum cœnobium & omnes eius
cæremonias diminui ac deturbari credatur, si
unà cum re mutata, & strepitu quorundam li-
gnorum mutato, quo olim conuocabatur po-
pulus, & adhuc utuntur Græci, dictiones ip-
se uariantur. Quod tametsi bene inuentum
& institutū est, tamen quibus modis & ratio-
nibus comprobabitur, quòd à superstiosis
nonnullis hodie seruatur in consecratione &
baptizatione earundem nolarum, in locum li-
gnei cymbali institutarum? Neq; enim ibi ad-
ducent ritus antiquorum patrum et ueteris Te-
stamenti, qui similes nolas nunquã uiderunt.
Neq; etiam dicent id nobis prouenisse ex insti-
tutione Apostolorum, quoniam neq; ipsi ta-
les unquam audiuerūt. Sed fatebūtur id omne
suum

suum inuentum esse, à seq; omnes huius cere-
monias prodijisse. Et ne quid huius omitta-
tur, non inutile erit aliquas istarum inuentio-
num hic recensere. Primum lauant ipsam no-
lam aqua mixta uino, cinere, & sale. Neq; om-
nibus hæc ablutio conceditur, sed episcopo
solo suum quæstum inde faciente, & magnum
salarium ob id exigente. Sacrificulis concedi-
tur quidem homines baptizare, pro quibus
Christus passus est, at nolas materiam insensi-
bilem & ex metallo confectam, uix tangere li-
citur est, ut taceã abluere. Abluta nola aqua
iam dicta, abstergitur tela noua & nunquam
usa. Post intrinsecus quatuor cruces imprimū-
tur, eaq; oleo sancto oblinuntur: extrinsecus
septem: ac suffumigatur suffumigatione facta
ex incenso (ut ita dicam) mirrha, & timiama-
te. Quibus peractis subiunguntur multæ ora-
tiones, exorcismi, incantationes, & plures
quàm uiginti benedictiones. Donatur etiam
nomine alicuius inferiorum sanctorū seu mi-
norum uel non adeò celebrium, & particula-
rium. Tandem adlegitur Euangelium aliquod
particulare. Post de eius ui & potentia concio-
natur, uidelicet quòd huius metalli seu campa-
næ sonus isto modo incantatæ, fuget uentoriã
nebulas, fulgura, tempestates & grādines. At
que


in
memoria et amictio

que talia sunt Papistarum episcoporum Euan-
gelia, non quæ Christus docuit. Dixit Domi-
nus noster Iesus Christus Apostolis: Euntes
prædicate Euangelium omni creaturæ. Isti ue-
rò dicunt: Sic baptizate campanæ sonus fu-
gat tempestates & demones, &c. & eos per-
sequuntur qui uerum Euangelium Christi præ-
dicant, gloriantes interim super imitatione
Apostolorum, quorum successores se prædi-
cant & semetipsos Ecclesiæ columnas uocāt.
Ecclesiæ certe non Christi, sed Papæ, dum ne-
glecto Euangelio Christi occupantur in bene-
dictionibus & in inunctionibus & lotionibus
campanarum, murorum, uestium, & templo-
rum. Hæc minister. Reputans ergo talia a-
pud me & examinans, inueni adherere Euan-
gelio Christi, de eo loqui, idq; factis compro-
bare tutissimum esse: atq; cæcis suas absurdi-
tates relinquere, nec quicquam curare huius-
modi aquas, exorcismos, et cæremonias mētes
hominum perstringentes, ac diminuentes, no-
men & honorem Iesu Christi, qui solus uera
uita, uera salus, summum bonum & nostra re-
demptio est in secula seculorum. Quod qui
non nouit neq; intelligit, sed adheret supersti-
tionibus, simulationibus hypocritarum, &
idololatrijs, fateatur plene se miserum & in-
felicem

felicem , cæcum & tenebrionem: ut contra,
qui illu stratus est uero lumine Euangelij Iesus
Christi, clarè ambulat , in luce spaciatur,
gressus suos nouit, & laudat Patrē cœ
lestem per Iesum Christum Domi-
num nostrum . Cui laus &
gloria in secula
seculorum.
Amen.

intransmissi dantes
memoria et amictus






et suphuc famulū. **D.** et p̄ scā
ab eo trāndū. **R.** p̄ dñi m̄
dumite et omnia p̄ scā sua. **Ps.**

Quis pacis caritatisq; ama
tor et custos. da omnib; in
miseriis pacem caritatēq;
veram: cunctoz; q; eis remissio
in sedis p̄ccoz; nosq; ab eoꝝ

Qui blaus. dñe p̄ccatū
miseriis: et ab inimicis
inimicis nris. clementer
indulgētiā. **Ps.** delat

da fideliū p̄ elemosinā dicitur poss
mandari. da famulus tuus qui p̄ nau
p̄ib; dona sua dederūt. p̄chūl fac
menta miserū: ut p̄ccipientes
hec ueniam p̄ccoz; ut tuoz; censant
sore iuste. **Ps.** **P**roverbia
nos dñe q̄s sacramenta que sump
sim: et famulos tuos p̄ccatū inten
de: qui diuina mandata recolentes
operi indigentib; subministrant. **Ps.**
respon. eoz; nobis delictū est ne
ps̄. **Ps.** ita sit n̄oi semper accepta

Qui beatus. **Ps.** aplū
miseriis abso. **Ps.** illūm



AQVÆ CONSE-
CRATÆ SEV (VT VO-
CANT) BENEDICTÆ, ET
Campanæ baptizatæ origo, pri-
mum Italicè, & modò ab
Antonio Stupa Rhoeto
Prægaliensi uersus,

Ioannis 1. cap. 1

Sanguis Iesu Christi nos emun-
dat ab omni peccato.

*Pisio atq; excellentiss. Theologo D. Wolfgang
Wisenburgio Cano: apud D. P. Bas. Tarobu
Mullerus s. dd. Anno 1559.*

... inuenit et amittit